4055.

IR
4055.

Nic. M. Bacchendorphius;
In. Christiano Chrysagrio
patriam revisuro.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4055 4° (LN 416)



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4055 4° (LN 416)

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4055 4° (LN 416)



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4055 4° (LN 416)



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4055 4° (LN 416)



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4055 4° (LN 416)

DA BOX

= L. N. 416

M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4055 4° (LN 416)

4055.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4055 4° (LN 416)

MARTIS ET ARTIS

CONFOEDERATIO,

DN: CHRISTIANO CHRYSAGRIO commilitoni ſuo deſideratiſsimo, patriam reviſuro, amicæ recordationis ergò facta.

C H ernites, ebori referens veſtigia, falce
I ndomitâ Lacheſis, procerum cum tecta pro-
phanat;
R odentem, innatâ (dictu mirabile) pellit
A defunctorum cariem virtute ſepulchris:
Y pnales rabie reprimens ſic DANIA, nutris
C onſocios, quorum poſt fata trophæa perennant.
S uſcipis hos gremio, hos & rore favoris obumbras.
O bvia cum ſociis tua ſint hæc munera MARTIS,
A rtis cur etiam, non eſſent hoſpita alumnis?
B acchanti ſimilis Telamonius hoſpes, Achillis
G randiloqui, armatis terram pulſando cothurnis,
V ltrò optat clypeum; memorans ſua facta Pelaſ-
gis.
R urſus at exurgens Graiûm ſtipulante coronâ
S yſiphio cretus de ſanguine, præda reportat
I nſperata; fuit cuius prudentia nota
B elligeris, Priami vaſtantibus atria flammis.
O men habens, CHRISTI ſimul ac de nomine nomen
O ptatus docti remanes Vlyſſis Achates.
S irenum cantus, teneris & pharmaca ab annis,
N igra venenato Circes perfuſa colore
V itaſti, curas ergo depelle, reſurgit
N am tenebris fuſis optatior aura repentè.
O mnibus atq; ſinus ſecuros DANIA doctis,
V ana quibus cordi non eſt ſimulatio, præbe.
S unt etenim eximiæ laudis ſuffragia, aſylon
D octicano præbere gregi; nam tempore priſco
A tteſtante, tubas legitur coluiſſe Minerua,
N ec tamen ingenuas artes temſiſſe refertur.
V era cerebriginæ præcepta revolue, manebunt
S ic illæſa tibi præconia MARTIS & ARTIS.

ALIVD.

CVrarum, gaudens labyrinthis ECHO, feneſtram
hanc
Reddidit expanſam quis tibi clamor? Amor.
Eſt amor in cauſâ? Narciſsi forſan ob ignes?
Aut immatura ob funera ditis? Itys.
Nil iuuat; imbelles dubiis claros & in armis
AEquali frænant robore mâla, mala.

Quid ſupereſt tandem? veſter num caſtra ſodalis
Leucoridum tentat linquere grata? rata.
Proh rata quæ retuli? DANIAE penetralia, Muſis
Phœbi, nos linquens, hoſpita vadit? adit.
Deflorata iacent en frigoris omnia mole;
En boreale ſolet murmur amare, mare.
Nunc ſilet æſtatis pulſo Philomela vigore,
Cantica dat quoq; nunc nulla ſuavis, avis.
Stat concepta tamen veteris ſententia amici,
Eſt cui Gorgoneus penniger æquus, equus.
Hæc quia fata volunt, CHRISTI de nomine nomen
Qui retinet, noſtrum hunc os celebrabit, abit:
Sic, abiit? iuſtus iaculis non Martis iniquis
Indiget; Hoc noſtrum eſt ECHO ſolamen; Amen.

Iacobus Bonnus Ripenſis
Danus.

ALIVD AD EVNDEM.

LIterulas ſacras nihil eſt præſtantius vn-
quam
Voluere quàm crebrò ſedulitate piâ.
Harum etenim gnarus verum ſapienter olympi
Diligit aſsidua relligione PATREM,
Atq; ſui carum clara de virgine natum
FILIVM, & æternum SPIRITVM utriq; parem
Nec minor eſt virtus artes quoq; noſse profanas
Quas quicunq; calet laude refertus obit:
Dicier atq; poteſt Sophias vtriuſq; magiſter,
Hunc quia naturæ nil quod in orbe latet.
At bone χρυσάγριε ſummos ſumme inter amice,
Nunc meritò talem te ſimul eſſe reor,
Qui poteris doctè tàm dogmata ſacra docere,
Artes quàm reliquas dexteritate gravi.
Summo igitur duros aderint poſt iure labores
Queîs inſudaſti præmia larga tibi:
Quæ tamen in patrio (quò nũ quoq; tu revocaris.)
Inuenies certò certa parata ſolo.
Ergò nunc fauſto notos accede penates
Sidere: ſic cupiunt Vota preceſque meæ;
Vale.

T. Nic. M. Bacchendorphius.

VVITEBERGAE.
Ex Officina Cratoniana.
ANNO M. D. XCV.

4055

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4055 4° (LN 416)

Quis es tu, qui me Duas? Mi, verte peri, afer es. Sir Claudet

4055.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4055 4° (LN 416)